

sicut Re-gi magno, thus sicut De-o ve- ro, myrrham



sepultúræ e-jus, alle-lú-ia. Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : concéde propítius ut qui jam te ex fide cognóvimus ☧ usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur : Per eúmdem.

PER OCT. EPIPHANIÆ.

Quando infra Oct. Epiph. fit Officium de Oct., Psalmi dicantur ut in ij. Vesp. Festi; super Psalmos Antiphona Ante lucíferum., Capitulum, Hymnus, ℣. ut in j. Vesp.

Ad Magnif. vel ad Mem. de Oct. Ant. vij. toni.



Videntes stellam Magi gavísi sunt gáu-



di-o magno : et intrántes domum, obtulérunt Dómino



aurum, thus, et myrrham. Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.

Or. Deus qui hodiérna die. ut in ij. Vesp. Festi.
Mem. de beata Virg. Maria per Ant. Germinávit., ℣. Tamquam sponsus., Or. Deus qui salútis ætérnæ., p. 113.